

A. D.  
DISSERTATIO  
HISTORICO PHILOLOGICA  
De  
**LINGVIS**  
**IGNEIS,**

*Qvam*

Christi Redemptoris auxilio nixus,  
Ex suffragio amplissime Facultatis Philo-  
sophiae in Illustri ad Auram Albaneo,

PRÆSILE

**ISAACO BJÖRKELUNDI**

Haec tenus L. L. Orient. jam vero de-  
sign. S. Theol. Professore Ord.

Pro

*Summis in Philosophia Honoribus*  
*Publice disquisitioni submittet*

**MICHAEL WANONIUS**

*Sitacundus,*

Die, si Deo videbitur, 31. Maji An.  
MDCCXXXV.

Loco horisqve solitis,

---

ABOE, exc. Joh. Kiämpe R. Ac. Typ.

Generose atque Nobilissime viri,

# D<sup>N</sup>. SIMON LINDHEIM,

Regii regniqve in Fenningia Dica-  
sterii supremi ADSESSOR Consultis-  
sime, Æqvissime,  
MÆCENAS BENIGNISSIME.

*Consultissime variarumque*

# D<sup>N</sup>. GABRIEL

In Supremo per Magnum Ducatum  
SCALIS VICA-  
PATRONE

**G**ratiam VESTRAM, DECORA & OR-  
bisce lucubrationibus auxipaturus,  
or. Ad magna enim quadis naturals  
cum Ærisum contemnentes Æ vix sancte  
Fana proinde me spe lactarem & angusti-  
carer fore, ut characeum boce munho-  
reve valeat, qui non nisi volumina ingenio  
splendore verborum nitentia & copia te-  
sum reputans, band procul absuit, quin

*Nobilissime atque Amplissime V.R,*

**D<sub>N.</sub> JOHANNES  
LAGERFLYCHT ,**  
**Dicasterii Aboënsis ADVOCATE  
FISCALIS Gravissime ,**

**PATRONE PROPENSISSIME.**

*verum Peritissime VIR*

**KEKONI ,**

**Finlandiæ Judicio ADVOCATE FI-  
RIE Dexterrime ,  
CERTISSIME .**

*NAMENTA Ordinis Juridici , exigui-  
ne incurram in successionem , valde vere-  
quodam ferimini instinctu , exilia per jo-  
ficientes , quanti elephas Indus culicem-  
lam , ut ajunt , cauda tenerem , si suspi-  
sculum semet VOBIS probare commenda-  
tissime confecta & politissime limata ,  
rum referta , adspicere soletis . Hec me-  
opellam hanc nunquam splendidissima VE-  
STRA*

STRATIMINA fluctare, medium nimina  
VESTRA amplissima pro se ferre iussisem.  
Contra vero obtulerunt se mihi magna illa  
et ineroque innumera beneficia, quibus o-  
mnis meam paternam jam diu tractaris.  
Hec scil. in luce collocari volunt, me jux-  
ta spe favoris VESTRI consolantur. Cum  
autem sint tanta, ut nec angusta eadem  
capiat parcella, nec facultas mihi suppos-  
eat diuis verborum in omio ea praedicando  
di; satius vicissim dixi affectu grati a-  
nimis fervente illa estimare, quam tridia-  
li & proletarii stilo hic evulgare. Adso-  
interim me animadvertis ad ea etatem  
laudibus iisque immortalibus extollenda  
obstrictum, ut hoc officio neglecto, iure a  
pietate ceterer remorissimus. Si itaque,  
MEGENIS incomparabilis & PATRONI  
Optimi, bunc qualiscunque ingenii fa-  
cum, monumentum meritorum VESTRO-  
RUM publicum extare iussero, nolite ex-  
candescere; sed prolixissimam voluntatem  
meam pro facto reputate, meque in por-  
ta favoris VESTRI navigare patimini.  
De cetero summis, dum vivo, a Deo im-

mentali contendam precibus ; dignetur T<sub>S</sub>,  
MTCENAS, VOSq<sub>i</sub>, PATRONI, dum in ter-  
ris salutis felice que prestare, tandemque  
gloria in concilio cœlesti beare. Hujus  
voti convinci damnarique ex animo cupio,  
ad cineres usque mansurus ,

Nobilissimarum & Consultissimarum  
**VESTRARUM AMPLITUDINUM**

*Cultor summiimus*

Michaël Wanoniū.

*Spectabili atque Prudentissimo VIRO*  
**Dn. DANIELI FONSELL,**  
Prætori Territoriali in Mechino Per-  
vigili.

*Spectabili atque Prudentissimo VIRO*  
**Dn. HENRICO RUNGEEN,**  
Civi & Mercatori Aboënsi Laudatis-  
simo, olim Nutritio suo Hono-  
ratissimo.

*Spectabili atque Prudentissimo VIRO*  
**Dn. MATTHIÆ RUNGEEN,**  
Civi & Mercatori Aboensi Laudatis-  
simo.

**EVERGETIS & FAUTORIBUS**  
suis multis nominibus Honorandis.

**I**n tesseram grati animi banc opellam  
dat, dicat, dedicat

A. & R.

בגבורת חסמי

PROLOGUS.

**G**rato<sup>8</sup> recolentes animo  
prærogativas ecclesiæ  
prosul singulæres, em-  
phatica verba Davidis  
silentio transire nequimus: (α)  
נכברות פרבר כך עיר האלקי  
gloriosa<sup>9</sup> prædicantur in te, ci-  
vitas Dei, sela. Nam Deus noster  
in secula benedictus non tantum  
πολυμερῶς οὐκ πολυτέλως locutus est o-  
lim patribus per Prophetas, ut ait A-  
postolus (β): verum etiam di-  
versis temporibus ipse se coram  
quasi, variis modis & in sensu

A

in-

incurrentibus figuris ,spectandum  
 stitit. Ego imprætentiarum o-  
 mnes ceteras ~~GeoDavias~~ præteritu-  
 rws, unicam duncaxat, qua inde  
 ab origine mundi nihil evenit mi-  
 rabilius , evolvendam suscepi :  
 illam puta, qua, gliscente Novi  
 Testamenti ecclesia, **Spiritus San-**  
**ctus** in igneis linguis super Apo-  
 stolos est effusus. Scilicet speci-  
 men Academicum a Patronis,  
 quibus studia erant probanda , de-  
 nudo edere jussus , in spatiostissimo  
 Philologiæ campo tenues ingenii  
 vires experiri decrevi : ibi vero  
 tanta materiarum copia se mihi  
 dedit obviam, ut vix perspicerem ,  
 quæ præ aliis esset feligenda. Nam  
 cedro dignum semper ratus sum  
~~πλευθερωτον~~ illud Rabbinorum ;  
 אֵין לְתֹורָה אֶפְרַיִם אַוְתֵּן אֲחַת  
 שאין הרוי גרוילן תלוי ס-  
 וְנַן non est in lege ( Scriptura Sa-  
 cra ) vel littera una , a qua non mon-  
 tes

3

tes magni (doctrinarum) depende-  
ant. quod calculo suo adprobat  
pater Græcus facundissimus, & dicit  
inquiens, (γ) οὐλαβη, δέκεια  
μία, ἐγκεμένη παρὰ τῇ γεαθῇ, ἢ μὴ  
πολὺς επαπόκειται θυσιαρεῖς εὐ τῷ βίᾳ.  
Cum aqua, ut ajunt, in hac re  
mihi ita hæreret, succurrit paulo  
post adfore tempus illud jucun-  
dissimum, quo ecclesia pia vene-  
ratione & devotis meditationibus  
quotannis recolit effusionis Spir-  
itus Sancti mysterium. Hoc  
perpendens, ne solus delitescere  
viderer, ita operam collocando  
tempori servire constitui, ut ar-  
gumentum sacris solennibus,  
propediem, Deo volente, futuris,  
maxime congruens, pro virili  
diligentissime perscrutarer. Non  
equidem sum nescius, quam ar-  
duum meisque impar humeris  
moliar negotium. Tanta enim  
gravitas est materiei, ut vel sum.

mis ingenii negotium facessere possit: immo jam dudum longum tum Theologorum tum Philologorum ordinem in sententiarum divortia rapuerit. Vicissim, si meas exploraturus vires in me descendam, eas huic tanto oneri pares neutquam deprehendo, quin potius ingenue fateor verius verbū illud Hebræorum, הַצְלִים לֹא יוּכְלוּ לְשָׂאֵת כָּלִים formice non possunt ferre onus cancerorum, de me usurpari posse. Accedit, quod valetudine pressus, tempus amiserim. Ne tamen provinciam deterens a cœpto resilirem, fecit elegans hocce Philosophi monitum: *hoc ab homine exigitur, ut profit hominibus, si fieri potest, multis; sin minus, paucis; si minus, proximis; si minus, sibi.*

(\*) Quod & mihi dictum esse ratus, tentabo aliqua, & faciam punctula. (\*) Alii offerant ampliora,  
ego

5

ego farre & fiscella religiosus ero:  
& cum thura non suppetant, cæ-  
spitem & molam salsam ad aram  
deponam. Interim ductum affla-  
tumque tuum, Sanctissime Spiri-  
tus, benigniorem luppenplex imploro  
isto hymni ecclesiastici: *Flecte,*  
*quod est rigidum, Fove, quod est fri-*  
*gidum, Rege, quod est devium.* fiat!

(a) Psalm. 87. 3. (b) Hebr. I. 1.  
(c) Chrysost. Homil. 21. in Gen. Tom.  
I. pag. 141. (d) Senec. libr. de Otio  
Sapientis. (e) Verba sunt Tb. Reinesio  
in Var. Lect. Epil. ad Lect. pag. 694.

### §. I.

Capienda videntur nobis prim-  
ordia opusculi hujus ab i-  
plo tempore, quo mirificum hoc-  
ce prodigium acciderit. Hoc hi-  
storicus noster his exprimit ver-  
bis: *ιν τῷ οὐαπλεῖθαι τῷ ἐμέρητος*, qvæ ab interpretibus  
non uno transferuntur modo.  
Non-

**N**onnulli phrasin & τῷ συμπληρῷ  
δαι volunt expositam per επὶ τὸ  
συμπλήρωθῆναι, quasi dies quinquau-  
gesimus jam completus atque  
transactus fuisset. Placet hic sen-  
sus cum primis Lightfooto, (1) nec  
non Ludovico Cappello. (2) U-  
terque enim contendit, Penteco-  
sten Iudæorum præteriisse, & mi-  
raculum hoc die proximo conti-  
gisse. Sed his repugnat particula  
&, quæ tempus ad finem quidem  
vergens, instans tamen adhuc,  
intert: verbum insimul συμπληρῷ  
δαι, quod id sibi non vult, ut  
ipsa Pentecoste censeatur absolu-  
te completa, quin potius indicat  
eandem advenisse, & jam nunc  
instare. Eam vero esse hujus  
vocis notionem, liquet ex Luc.  
9. 51. ubi hæc eadem phrasis inte-  
gra adhibetur de tempore, quo  
Sospitator noster benemerentissi-  
mus, ex decreto Sacro - sanctæ  
Tri-

Trinitatis, rebus humanis jam  
jam erat eripiendus, & ad dex-  
tram majestatis evehendus. Quis  
vero putabit tempus, huic re-  
ceptioni in consilio divino præsti-  
tutum, prætervolasse, & non po-  
tius ultimam ejus particulam,  
qua opus redēptionis omnino e-  
rat perficiendum, jam adfore?  
Ex abundanti & majoris roboris  
ergo liceat quoque illud addere:  
verbum πληθεσθαι, ejusdem cum  
συσπληρωθαι thematis & significa-  
tus, usurpatur Luc. 2. bis, ver-  
sibus videlicet 21 & 22, quasi  
de tempore exacto, nihil tamen  
minus illic intenditur, quam ab-  
soluta subjectorum, diei nim. a  
nato infante octavi, qui circum-  
cisioni erat præscriptus Gen. 17.  
& tricesimi quarti a partu filii,  
qui purificationi erat destinatus  
Lev. 12. completio; sed eorundem  
duntaxat significatur adventus.

Alio-

Alioquin leges modo citatæ num-  
 quam intelligi poterunt. Vulga-  
 tus & qui eum sequuntur, pro  
 singulari *ηὐεραν* malunt legere *ιετ-*  
*εας* in plurali, ac proinde talem  
 subornant versionem: *cum comple-*  
*rentur dies Pentecostes*; a qua Syra  
 & Arabica nihil recedunt. Ne  
 vero omni auctoritate hæc lectio  
 videatur spoliata, provocat Dru-  
 sius (c) ad priscos codices; ean-  
 demque cum ipso inflat tibiam  
 Scaliger (d) urgens, Patres o-  
 mnes in plurali legisse numero,  
 eaque de causa, ut ea lectio clu-  
 at genuina suasor & auctor vult  
 esse omnibus. Grotius speciosas  
 hujus lectionis adfert rationes (e)  
 sic scriptitans: *optime & Syrus &*  
*Latinus hic legere μὲς ηὐερας.* Agi-  
 tur enim non de una die, sed de to-  
 to dierum ambitu. Et familiare est  
 Hebreis id loquendi genus. Sic ἐπλη-  
 ρώθησαν αἱ ηὐεραι habemus Gen. 25,  
 24. Lev. 12, 4. & pro eodem ἐπλη-

*Et nos in iudeo Lxx. 21. Pentecosten Mel-*  
*lenistis vocatur non semper dies ulti-*  
*mæ, sed sepe totum illud tempus die-*  
*rum quinquaginta a Paschate, — יי'בש*  
*Hebreis. Quam frustra vero sint,*  
*Patrum universorum prætenden-*  
*do auctoritatem, vel Chrysosto-*  
*mi & Augustini exemplum o-*  
*stendit, quorum uterque nume-*  
*rum servat singularem; alii vero*  
*qui eundem migrarunt, ratio-*  
*nem temporis præteriti, tanquam*  
*ex multis articulis compositi, ha-*  
*buisse censendi sunt: quo sensu*  
*numerus pluralis ad explicatio-*  
*nem phrasios haud difficulter ad-*  
*mitti potest. De lectione vero*  
*rotunde pronunciat Valla (f): Com-*  
*p! retur legendum est: nam dies nu-*  
*meri est singularis. ---- Unus enim*  
*est dies Pentecostes i. e. quinquagesi-*  
*mus, non plures: neque a Paschate us-*  
*que ad quinquaginta dies vocatur Pen-*  
*tecoste, sed ultima dies ex quinquagin-*

ta. Gravissime hac super re scribit Joh. Wandalinus (9): utrum hic, νοέσας in plurali cum Syro & Arabe legas, an ημέραν in singulari cum Chrysostomo & plurimis codicibus, quos Lutherus, Beza, Diodati & alii sequuntur, nihil prorsus refert. Si ημέρας leges, intelligi poterit tota illa periodus 50 dierum, cuius clausula seu ultima dies tum advenerat. Inepta autem est Scaligeri ratio, propter quam alteram lectionem (ημέραν) rejicit, nempe, quod si ημέρα τῆς πεντηκοντής pro solenni sexta Sivan sumi debent, non possit dici συμπληρωθῆναι, nisi postquam præteriit. Nam quod ille etiam dies dicatur stilo scripture μηνησθαι, qui non præteriit, sed vel advenit, vel instat saltem, supra cap. 3. luculenter ostendimus. Ex dictis liquido constat, lectionem, quam detendimus, esse germanam & recte reddi: cum compleretur dies Pentecostes. Dies ille dictus est

πεντηκοστή, quum quinquagesimus  
 sit a secundo die Paschatis. Hoc  
 nomen non occidentales tantum  
 servarunt versiones, verum & Sy-  
 ra ac Æthiopica. Hinc & procul  
 dubio ortum traxit tum Germ.  
 Pfingst / tum Suecorum Pingest /  
 sicut & nomen Pencost reperitur  
 in lege Westrogothica, teste Pe-  
 tro Dukmanno (b) Subaudiendum  
 vero est hic νιεέα potius quam ἐορ-  
 θή; quia rei ipsi adversatur, ut di-  
 cit Wolfius (i), εορθή πεντηκοστή ap-  
 pellare festum, quod 50 die celebra-  
 tur. In altera vero ellipsi (νιεέας)  
 si quid insolens est, id usus vocis re-  
 ceptus, ut alias sit, abolevisse merito  
 existimat. Hoc festum ab He-  
 bræis variis alioquin insignitum  
 est nominibus: dicitur enim  
 קדצ' solennitas messis (k) qvia  
 messis tritici imminebat tum: (l)  
 קדצ' הבכוריים dies primitiarum;  
 (m) qvia tunc offerebant Deo  
 pri-

primitias fructuum suorum : יְמִינָה שְׁבֻעָה festum hebdomadum (n) quoniam continuo ordine septem hebdomades a 2:da feria Paschatis ad Pentecosten inclusive supputandæ erant. (o) Verum nemini diffundamur, alias hic quæstiones mittimus.

(a) Hor. Hebr. in Acta p. 20. (b) in Episcopatu: n. 22. 23. (c) in Comment. ad b. l. (d) in Canonib. 1/agog. libr. 3. p. 217. (e) in Comment. ad b. l. (f) in Comment. ad b. l. (g) in Diatribe Hist. Theo', contra Wilb. Lingium c. 6. p. 323. syntagmitis Dissert. Græpi-ani. (h) Antiqu. Eccl. p. 137. (i) in Curis Philolog. & Crit. in actus (k) Exod. 23. 16. (l) videsis Exod. 34. 22. (m) Num. 28. 26 (n) Deut. 15. 10. (o) L. 1. 23. 15. 10.

## §. II.

**P**ostquam de tempore nonnihil dictum est, jam id in primis

mis notandum occurrit, quod miraculum hoc Deus in illustrissimo orbis loco, media Hierosolymorum urbe conspicuum reddiderit. Quam rem Lucas Act. 2 enarraturus, hæc habet: ἡσαν ἀπό της ἐμβολιαδὸν εἰπεν τῷ αὐτῷ, vel coniunctum, quemadmodum quidam codices legunt, ἵππαυτι. Significatio τοῦ εἰπεν αὐτῷ hic maxime est attendenda. Syrus & Suidas existimant illud denotare tempus, & valere τοῦ, simil vel eodem tempore, quæ significatio occurrit 2. Sam. 2. 13. & Act. 3. 1. nisi ἵππαυτον cum Millio (p) velis referre ad calcem capitatis proximi præcedentis. Hic loci autem quam sit incongruens, facile quivis animadvertis. Alii voce ἵππαυτον finem intendi malunt, ut sensus sit, eos non tantum uno in loco fuisse, verum etiam animos ad unam eandemque rem habuisse intentos. Sed hic animorum

rum consensus significatur voce  
 $\epsilon\mu\gamma\mu\alpha\delta\sigma$ , in cuius locum Vulga-  
 tus perperam sufficit  $\epsilon\mu\alpha\delta\sigma$ , quod  
 usurpatur etiam de iis, qui ad e-  
 undem scopum non tendunt (q).  
 Veritate itaque nituntur, qui phra-  
 sin hanc de loco interpretantur,  
 ac suppleta ellipsi vocabulo  $\chi\alpha\gamma\iota\omega$ ,  
 ita verba allata reddunt: *erant*  
*omnes unanimiter in eodem loco.* Ob-  
 tinet hic significatus apud Poly-  
 bium ubique; ut pag. 115. 323.  
 569. & 730. Sæpius etiam in No-  
 vo Test. Matth. 22. 34. Luc. 17.  
 35. Act. I. 15. 2. 44. 4. 26. 1. Cor.  
 II. 20. 14. 23 nec non in Vet.  
 Test. Jos. 9. 2. Jud. 6. 33. 19. 6.  
 Psal. 2. 2. 10. 23. quod observat  
 Raphelius (r). Jam vero, quo ex-  
 planatius hic ipse definiatur locus,  
 retroferemus pedem ad Actor.  
 cap. I. vers. 13 ubi historicus  
 noster dicit eundem fuisse  $\iota\pi\tau\zeta\omega\mu$ .  
 Hanc vocem Douglæus (s) con-  
 fla-

flari existimat ex præpositione ὑπὲ  
 & nomine ὁσιοῦ, οὐνοῦ, eumque  
 illa indicari locum, in quo co-  
 lumbæ ova ponere soleant. Insul-  
 sa vero hæc est derivatio, & ine-  
 prior adhuc ejus ad rem applicatio.  
 Basnagius vicissim (r) & Lexico-  
 graphi tantum non omnes vocem  
 eandem componere malunt ex  
 particula modo nominata & no-  
 mine ὁσιοῦ, quod Spartanorum lin-  
 gua domicilium seu habitationem  
 designet. Facit cum his Eustathi-  
 us, (u) ajens ὑπὲρων idem valere  
 quod ὑπερουεντία. Attamen,  
 cum nos fugiat, unde ὁσιοῦ illud  
 subscriptum sit repetendum, ægre  
 hæc se nobis probat derivatio. Ma-  
 gis arridet nobis sententia Cl. Joh.  
 Christoph. Wolfi, qui (r) Lam-  
 berti Bos rationes secutus, statu-  
 it hoc vocabulum esse contractum  
 ex ὑπερσιοῦ, nihilque aliud denota-  
 re quam superum seu superius, a-

deo.

deoque duas posteriores ejus syllabas esse tantummodo terminacionem adjectivi nominalis: quale quid etiam cernere licet in *πατρῷος*, derivativo a *πατήρ*. Huic suo asserto robur conciliat ex versione LXX. interpretum, qui verba Ezechielis(γ) חַלְשָׁת הַלִּיּוֹנוֹת ita reddiderunt: ὁ περίπατος ὁ ὑπερέως. & ex Luciano, qvi (ε) οὐκημα semper subaudiri, quoties ὑπεράντη in genere neutro occurrat. Sed hæc de natalibus vocis sufficient. Patet interim ex jam dictis, ὑπεράντη illud ἢ ἡστε καταρρειντες, fuisse contignationem domus alicujus superiorem, in quam scalis erat adscendendum, & quæ Hebrais יְלֻעַּה dicebatur. (α) Utrum vero hæc domus fuerit privata, an conclave quoddam templi, disceptatur. Ludovicus de Dieu totus in eo est,

ut

ut asseveret Spiritum Sanctum  
fuisse effusum in conclavi ipsius  
templi: sic enim, referente Vi-  
tringa (G) alicubi scribit: *Pre-  
stet ipsum templum intelligere ex  
collatione Luc. 24. 53.* ubi dicitur,  
*καὶ διανυσσός ἐστι τοῖς ιερῷ εἶναι πε-  
ριπολοῦντος*, ut hic *καὶ καταμέον-  
τος* commorabantur; que ut eadem  
sunt, ita nunquam conciliabis, si a-  
libi quam in templo manserunt. &c.  
Ab iisdem stat partibus cum Cloppen-  
burgio Fesselius. (y) Validissi-  
me vero eos perstringit Marckius,  
(d) argumenta eorum explo-  
dens. Cum primis illud a Lucæ  
testimonio petitum non conclu-  
dit, discipulos jugiter mansisse in  
ipso templo, sed tantum illos ibi  
fuisse frequentissimos, & statim  
precum horis cultum divinum  
non intermisisse. conf. Act. 2. 46.  
& 3. 1. Maxime quum credibile  
sit, Apostolos intra januas occlu-

fas missitantes, atque ob metum  
Iudaorum ne vel hincere auden-  
tes, non potuisse conclave quod-  
dam templi in locum conventus  
elgere; nec praefectos templi fu-  
isse id pasturos. In eorum itaque  
sententia potius acquiescimus,  
qui domum hanc fuisse privatam  
affirmant, quorum in numero  
est Vitrunga, (1) Pearsonus, (2) &  
Jos. Mede. (3) Cuja vero haec tue-  
rit domus, non liquidum est pro-  
nunciare. Nicephorus (4) con-  
jicit eam fuisse Mariæ, matris  
Johannis Evangelistæ. Alii ædem  
Josephi Arimathæi, Nicodemi,  
aut aliis καυνηουαγῆς. Plerique α-  
ναγνωρισse illud, in quo Christus edit  
ultimum Pascha. Communis in-  
terim Doctorum est sententia, ait  
Detericus (5), fuisse cœnaculum illud  
circa medium montis Sion situm, unde  
S' cœnaculum Sion nominant, id-  
que illud ipsum, in quo Christus, post

compositionem agni Paschalis, sacramen-  
 tum Cene instituerit, Matth. 26.  
 Luc. 22. Joh. 19. discipulis item post  
 resurrectionem bina vice apparuerit  
 Joh. 20. Eodem in loco Helenam Impe-  
 ratrixem amplissimum templum exstruc-  
 xisse, inque postico ejusdem cœnacu-  
 lum hoc circumclusisse referunt. Ad-  
 edicatum autem postea eo Franciscano-  
 rum monasterium, e quo Turce anno  
 Christi 1501. palatium sibi confece-  
 runt, locumque hunc in tanta habent  
 veneratione, ut non nisi discalceati  
 eum intrant. Hæc ille. Sed ἀνώγαγ-  
 ει vi eiymi sui designat locum  
 quemvis paullo editiorem; ὑπερ-  
 εῶν vero partem domus superio-  
 rem. Potuerunt ἀνώγαγει esse ac-  
 commoda ad convivia, cœtus &  
 cœnas, non minus ac Romano-  
 rum triclinia: in ὑπερόοις autem  
 soliti sunt convenire Judæorum  
 magistri ad tractanda negotia, e-  
 ruditioinem & religionem spectan-

ria. (x) Sic Pearsonus (y) sole-  
mne fuisse Iudæis ut sua haberent  
υπερωα sacris dedicata usibus, as-  
severat, fultus exemplo Danielis  
& Saræ, quorum ille ter in dies  
legitur adscendisse εν το υπερωα. (u)  
Hæc autem triduum εν τω υπερωα  
orasse. (v) Adstipulatur huic  
Lightfootus (z) & Joh Gregorius  
(o) per υπερωαν conclave oratorium  
intelligi. Verum missam hanc  
controversiam facimus.

(p) ad b. l. (q) vid. l. PAR. 10. 6. &  
Job. 34. 15. (r) in Notis Polyb. p. 300.  
(s) in Analectis N. T. p. 66. (t) in Ex-  
ercitat. Historico-Criticis p. 343. (u)  
ad Odyss. k. p. 14 o. (x) in Curis Phi-  
lol. & Crit. ad Act. e. l, (y) cap. 42.  
s. (z) in Asino p. 107. (α) confer, si  
placet, 2. SAM. 18. 33. (β) in Synagogis  
Vet. p. 153. (γ) in advers. libr. 1 c. 9.  
§. 3. (δ) in Exercitat. Scriptur. p. 580.  
seqq. (ε) l. c. (ζ) in Lect ad Acta  
p. 30. (η) in Operibus pag. 322. (θ).  
Hist.

232

H. R. Eccles. libr. 2. c. I. (i) in An-

lysi Evangel. Part. 2. p. 291. (ii) con-

fersis Erasm. ad b. l. & Lightfooti

Harmon. & Chronic. N. T. p. 79 nec-

non ejusdem Horas Hebr. in Act. p.

31. (λ) l. c. p. 31. (u) Dan. 6. 10. (v)

Tob. 3. 10. (ξ) in Horis Hebr. l. c. (σ)

in Observ. Saeris cap. 8.

### §. III.

**A**tque penitatis jam quomodo-

cunque circumstantiis tem-

poris & loci, considerationi ipsi-

us miraculi imminemus; paucis

interea de flatu isto vehementi,

qui illud instar prodromi sive præ-

conis antecessit, dictari. De hoc

ita loquitur Lucas: καὶ ἵγεινος αὐτῷ  
ἐκ τῆς δέσμου ἦχος ὀσπέος Φερόμε-  
νης πνευματίς Βαίας, καὶ ἵπλησθεν ὅλος  
τὸν ὄκον δὲ ἡστὴν καθῆκεται. & factus  
est subito de cælo sonus, ut vertit  
Augustinus (π), quasi ferretur fla-  
tus vehementis vel, ut alii vulgarium  
secu-

secuti habent, tanquam adveniens spiritus vehementis, sive violensis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes, i. e. habitantes: sic enim καὶ θυεῖαι Græcorum, & ἡ ψυχὴ Hebræorum læpe usurpantur. Spiritum pro vento seu flatu posuit etiam Virgilius (e): quemadmodum πνοὴν quoque & πνεῦμα esse synonyma ostendit Raphelius (τ) ex Arriano de Exped. Alexand. 7 22. 4. ubi mentio fit primo πνευματὸν Graic., deinde vero τὸ πνοῆς. Mavult tamen Beza hic loci distinguere inter πνεῦμα & πνοὴν, tanquam inter symboli significatum & ipsum symbolum. Afferit qvidem Lightfootus (τ) hunc sonum fuisse sine vento: linguas pariter igneas, sine igne. Nec nos naturalem hic fuisse ventum instamus; qvin tamen fuerit evæpiam ejus analogia, nulli dubitamus. Scil. bic ventus non erupit

rupte e cavernis terre, sed cœlitus a  
throne glorie est demissus, ut loqui-  
tur immortale Fenningiae nostræ  
decus, Joh. Gezelius junior A-  
boënsium Episcopus, C) qvo,  
nempe, ecclesia Christiana ini-  
tiaretur simili ratione atque  
ecclesia Iudaica, & Pentecoste  
N. Testamenti accederet ad simi-  
litudinem quædam Pentecostes  
Iudaorum, quæ lata est lex inter  
tremitus tonitruum, fulgura &  
clangores buccinæ: immo ut ex-  
citarentur fideles ad Spiritum  
Sanctum devote excipiendum,  
& Iudei commoverentur ad pro-  
deundum in admirandam hanc  
scenam. Rata m̄ facit assertionem  
nostram, quod Deus etiam ali-  
as vento sit usus indice adventus  
sui (φ): sicut dicitur volare יְהוָה רַבִּים super pennis venti (x)  
Vehemens hic ventus, & sonus  
sine dubio magnus, implevit to-  
tam domum, ubi erat concio fi-  
delium

delium ; non absimili modo, ac templum olim Deo prælente repletum est ; *vix fumo* (ψ) i.e. nube, qvalis apparuit in dedicatione templi (ω) & tabernaculi (α). Potissimum autem hæc impletio domus referenda ad ἡχη, qvippe qvod nomen univerlum regit comma, & cui vocabulum πνεύ, ceu syncategorema rem fusius illustrans, annectitur. Et qvanquam hic sonus cum vento coniunctus præter conclave Apostolorum, aliam domum nullam peculiari ratione replevisse videtur, qvum evidentior signi determinatio eo tantum pertineret, ubi miraculosus præsentia divinæ effectus erat edendus: nihilo minus commotionem aëris & fremitum istum latius per urbem auditum esse putamus. Idem docet Heinsius (b) seqventibus : *μηδέ γάρ αἴφεται τοῦ θεοῦ ἡχή*, *εἰ*

*factus*

factus est repente de cælo sonus. Quod  
 sive de sono aliquo, sive voce cælitus  
 data exhibit agere accipias, edito hoc  
 sive sono sive voce convenerunt plurimi  
 ac stupuerunt, qui cum venissent,  
 sua quisque lingua differentes audi-  
 verunt. Occasione ergo soni, sine du-  
 bio miraculosi, de quo dicebamus,  
 convenisse ad linguarum, de qui agit-  
 tur, miraculum videntur. Existimo au-  
 tem, si (quod omnino videtur) illud ye-  
 nouimus Φωνὴς eo referendum sit, quo di-  
 xi, וְיָדַעֲתָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל seu vocis filiam, b.  
 e. vocem certam, ex cœlo pariter cum  
 vobamenti flatu editam, intelliqi Un-  
 de Job. 12. cum eo modo diceretur  
 cælitus: καὶ ἐδόξασιν, καὶ τῷ πολὺ σώμα-  
 σι, atii tonitru factum, alii Ange-  
 lum locutum dicebant: quod ut hic  
 fatus, ita ibi tonitru conjungeretur.  
 Verum ubi sonum hunc ad וְיָדַעֲתָה  
 referendum dicit, non audiē-  
 dum existimāus, qvum vel Judæis  
 ipsis testib⁹ וְיָדַעֲתָה per articu-  
 latum

tū sonum semper fieri debuerit,  
 qvalis hic desideratur, ubi ἡχη  
 non potest aliud, qvam vehe-  
 mentiorem tantum aéris motum  
 designare. Alioquin nomine θύρα  
 significant Iudeorum ma-  
 gistri certam oraculi speciem, vo-  
 ce cœlitus factam, qvam loco  
 prophetiæ tempore secundi tem-  
 pli viguisse perhibent. Lucas  
 quidem v. 6. Φωνὴ meminit: ve-  
 rum Φωνὴ non semper ubique si-  
 gnificat *vocem* articulatam; sed  
 etiam aliquando *famam* de re ge-  
 sta divulgatam: (c) tæpe etiam  
*sonum* quemcunqve. (d) Signifi-  
 cationem primam, cuius nulla in  
 textu apparent vestigia, hic ad-  
 mittere nequimus. Αὐτοὶ est qvo-  
 que secunda, qvam Beza & Gro-  
 tius hic urgent; qvia fama per  
 amplissimam urbem uno qvasi  
 ictu ad aures omnium vix per-  
 venire potuit: nec verisimile est,

in-

integrā ferme urbē rumore adeo fuisse commotam, ut e vestigio properarent ad unicam illam domum. Potuit vero contra vehementia venti, soniqve fragor adeo illos percelle-re, ut attoniti tanto repente con-fluerent numero. Unde & con-cursus ille emphatica signatur di-ctiōne: συνῆλθε τὸ πλήθος ἡγε-μονῶν. Nulla ergo æqve se hic loci commendat significatio, ac ea, qvam tertio nominavimus loco: eo enim & demonstrati-vum pronomēn ταῖς τοις nos ducit. Bene proin fecit Syrus, qvi utrāmqve vocem ήχον & φωνην οὗτον i. e. sonitum reddidit, a qvo b. Lutherus, & vulgatus, si sentim spectes, nihil recedunt.

(π) *Libr. de Orig. Anim ad Re-natum I.* (ρ) *Æneid. libr. I. v. 265.*  
 (σ) *I. c.* (τ) *Hor. Hebr. p. 22.* (υ) *in Opere Biblico eoque desumpto.* (χ) *I. Reg.*

1. Reg. 10. 11. 12. (χ) Psal. 18. 11. (ψ)  
 Ρſ. 6. 4. (ω) 1. Reg. 8. 10. (α) Ex.  
 40. 34 (β) vid. Difſert. Job. Henr.  
 Haner de Bath. Kol. (c) ut Gen. 45.  
 10. Fer. 4. 15. 50. 46. ad que l. ca  
 did. LXX. interpretes (d) Matth. 24.  
 31. Ap. 6. 1.

## §. IV.

**E**Xcipit nos jam ipsum miracu-  
 lum, his depictum verbis:  
 καὶ ὁ φησιν αὐτοῖς δὲ μεριζόμεναι γλώ-  
 ται ὡσὶ πυρὶ, εκάθισε τὸ ἐΦ' ἦρα ὅκα-  
 γον αὐτῷ. qvæ Ben. Arias Mon-  
 tanus Hispalensis ita vertit: Et vi-  
 se sunt illis dispertitæ linguae tanquam  
 ignis: sed itque si pra unumquemque  
 eorum. Hic per singula, qvæ the-  
 ma nostrum in lucem quadante-  
 nus proferunt, ire juvat. Pri-  
 mum vero phrasis, ὁ φησιν αὐ-  
 τοῖς gravi laborare difficultate, vi-  
 detur. Respicit autem relativum,  
 αὐτοῖς vocabulum ἀπαντεῖ, qvod  
 exstat in verbu hujus capitinis pri-  
 mo.

mo. Per <sup>annus</sup> nonnulli intelligunt Apostolos, cum in vertu capitum proxime præcedentis ultimo <sup>ad Iacobum & Matthiae</sup>, in numerum eorum adsciti, fiat mentio: nec aliis nisi Apostolis munus docendi omnes gentes sit demandatum: adeoque illis solis donum hoc linguarum collatum opinantur. Provocant hi in maiorem rei fidem ad codices, in quibus verba ita jacent: *καὶ πολλές ἀπόστολοι ἴρωγες τοιούτοις*. Eminet inter ceteros hujus sententiæ patronos Beza, qvi infestus ita fertus in pictores: *Opi-  
nor ridicule facere eos, qui, cum  
banc historiam pingunt, solent Ma-  
riam matrem Domini in medio Apo-  
stolorum collocare, nimisrum ut eam  
etiam collegii apostolici reginam faci-  
ant.* Alii e regione consortium  
hujus miraculi etiam toti choro,  
qvo Apostoli erant stipati, vin-  
dicant

dicant. Constituit autem iste cho-  
rus admodum ex centum & vi-  
ginti capitibus, in quibus, præ-  
ter Apostolos, erant ~~yūcāmēc, vīl-~~  
lieres, mater domini atque a'ðel-  
Qōi fr̄atres. (e) Primipilarium in-  
ter hujas sententiae defensores a-  
git Lightfootus (f) hisce addu-  
ctus rationibus: (1) Quod Evan-  
gelista illum proponit numerum Act.  
1. 15. tanquam subjectum historie suæ.  
(2) Quid reliquos 108. solenni hoc  
die divelleret ab Apostolis, quibus ba-  
tēnus adhaerant? Act. 1. 13. 14. [3]  
Plerique borum, ministri constituti  
sunt a Christo Luc. 10. (aliogur quid  
factum 70. discipulis) Et propterea  
una cum Apostolis acceperant dona mi-  
raculorum Luc. 10. 17. Et Spir. San-  
ctum die resurrectionis Job. 20. 22.  
collit. cum Luc. 24. 33. 36. [4] IHu-  
steria illa dona Stephani Act. 6. 3. 8. 10.  
Et Philippi Act. 8. 6. aliorumque, q̄ian-  
do, aut ubi, aut quomodo in eos col-  
lectata

Ista sunt, si non die Pentecostes? Si-  
militer fere ratiocinatur in Horis  
Hebraicis (5). Nostrum si liceat  
hic interponere judicium, existi-  
mamus posteriorem hanc tenten-  
tiam non sicutneo prorsus stare  
talo. Tametsi enim Apostolis,  
tanquam futuris ecclesiæ colu-  
mnis, singulariter facta sit pro-  
missio de baptismo, quem Fla-  
minis vocant; reliqui tamen ò-  
mnes cur prorsus sint a commu-  
nione excludendi, nulli videmus.  
Arbitramur ergo promissionem  
Apostolis coram dictam pariter  
ad eos pertinuisse, qui post in  
electione Matthiæ, prævio ser-  
mone Petri facta, erant præsen-  
tes. (6) Redimus ad nostrum re-  
lativum *αὐτοῖς*, cuius construc*ctio*  
cum verbo *πίστις* in casu tertio  
ansam nobis præbet leviter attin-  
gendi quæstionem, quæ non pa-  
rum excruciat interpretes, vi-  
deli-

delicet: utrum hæc phrasis reddenda: visæ sunt super eos, sive, in eis, an, visæ sunt ab iis, sive apparuerunt illis? Adeoque an bæ linguae sunt visa vel in capitibus, vel in ore, vel in cœnaculo volitantes? Communis patrum est existimatio, has linguas confedisse verticibus capitum Apostolorum. Ita enim Cyrus Hierosol. (i) sedit, inquit, super illos, ut novæ coronæ spirituales per linguas igneas imponantur capiti illorum. Vestigiis eorum infestunt multi recentiorum, quibus omnibus succinit Baptista Mantuanus, Monachus eruditus (k) ita:

*Visa etiam lingue ardentes volitare  
per auras;*

*Et super ora virum volueri consti-  
dere lapsu.*

Inde est, quod pictores linguas illas sursum flammandes, & pyramidali figura ex capite in acu-  
men

men surgentes pingunt, quos eo nomine graviter perstringit Rohr, (*l*) hanc opinionem non alii unde putans promanasse, nisi ex ignorantia *Ιησοῦς* Hebræis perinde atque Græcis usitatæ, quæ ex membro sequente subjectum repetat. Scripsit autem Lucas: *et* *vix* sunt illis *dispertitæ* *linguae*, tanquam *ignis*, *καργὸν τὸ* *sedisque supra* *unumquemque eorum*. Hinc verbum singulare *καργὸν* quod alioquin aptissime ad linguas esse referendum videtur, ne constructio quicquam officeret, multi ita interpretati sunt, ac si legissent *καργῶν*, quemadmodum variæ quoque versiones, uti Syra, Arabica & utraqve Fennica interpretatæ sunt. Quinimo testatur, Beza (*m*) in codice suo vetustissimo existare *καργῶν*. Vel alio, nescio quo modo, se extricare faterunt: exempli loco sit Castalio,

qui ita habet: (n) Mollius esset ignea lingua (quam scil. ignis lingua) sed quia verbum sequens, quod ad ignem referatur, est singularis numeri, si dixisset ignea, aut insederunt fuisset dicendum, aut insedit ad nomen ignis referendum, quod in ignea taci te subeffet: quomodo in Johanne dicitur Diabolus mendax & ejus pater, scil. mendacii: sic hoc loco dictum es set, ignea lingua, qui insedit scil. ignis: Sed id obscurius effet. En expositionem nimis coactam, durusculam nimis! Alii rursus putant has linguas esse vias in ore Apostolorum, in quorum sententiam it Valla (o) dum ait: Ego ad tollendam ambiguitatem sic trastulisse: & vias sunt dissipitae illis linguae, tanquam ex igne. --- Nam cum in aliis tum in hoc quidam errant, quod putant ignis casus esse nominativi, & ob id sedisse ignem super capita eorum; cum dicatur de Spiritu quod sederat super eos. e  
rans

rante autem lingua eorum & multifida  
 & velut ignea, ad significandum iat-  
 onatum, que linguae docantur, vari-  
 etatem: non ignea lingua super verti-  
 ces eorum, ut quidam volunt. Tale  
 quid legere licet apud Florum, (p)  
 qui retent de Syro quodam Euno,  
 quod scelesta fraude divinum mi-  
 taculum sit mentitus, quippe qui  
 in ore, addita nuce, quam sulfure &  
 igne stipaverat, leviter inspirans,  
 flammarum inter verba fundebat. Mo-  
 do laudatus Rohr (q) amplectitur  
 sententiam Carpzovii, qui ( ) as-  
 serit apostolos eadem modo, quo Mo-  
 ses, raduisse in tota facie. Ut enim,  
 inquit, ab Hebreis וְנִשְׁׁלָה pro  
 flamma ignis adhiletur Es. §. 24, ita  
 γλωσσαι πυροὶ nabil aliud sunt, quam  
 flammulae quadam scintillantes, a py-  
 ramidalis ignis forma ita dicte, quia  
 extrema ignis flamma inflar lingue  
 projecta est. Omnes has jam re-  
 censitas sententias conglomerat

Classius, siisque ita subscriptibit: ()  
 Fuerunt flammulae quædam quales sunt  
*ignis*, quæ, ut probabile est, cum ex  
*ore labiisque eruperunt, tum in capi-  
 tum verticibus insidere quasi visæ sunt.*  
 Alii flamulas hic indicant purat,  
*easque linguis um figuram repræ-  
 sentantes, sed contendunt simul*  
*illas fuisse dilertas per totum cœ-  
 naculum, & non minus ab aliis*  
*spectatoribus, mulieribus nim. &*  
*ciccipulis, quam ab Apollonis vi-  
 sis.* Nam in phrasī *Ἐφθασεν οὐδὲν*  
*non esse fingendam elliptin præ-  
 positionis *in* nec proinde redden-  
 tam illam: visæ sunt super illos, vel*  
*visæ sunt in illis; sed, visæ sunt illis,*  
*aut potius, visæ sunt ab illis.* Quam  
 verionem phrasis etiam nos pro-  
 bamus: requirit enim hanc tum  
 ipsa syntaxis, tum omnium N. Te-  
 stamenti locorum harmonia, ubi  
 verbum *οὐδὲν* nulquam reperies  
 dativo junctum, nisi per dativum,

aut, majoris evidentie ergo,  
per ablativum Latinorum sit expo-  
nendum. (e) Illa autem nobis pla-  
nissima censetur sententia, si sta-  
tuamus, linguas istas nihil aliud  
nisi simulacra quasdam linguarum  
figura emicantes fuisse, quae  
primo quidem miraculi contui-  
tu per coenaculum volitantes  
sunt visae, sed dispergitae jam &  
singulæ quasi singulis destinatæ,  
mox unicuique eorum insidere,  
& comam verticis lambere appa-  
ruerint. Rationibus hanc paulo  
inferius stabiliemus.

(e) Act. I. 14. 15. (f) in Comment.  
et Act. (g) in Act. I. 20. seq. (h)  
vid. Opus Gzelii Bibl. (i) Cucubel.  
17. (k) libr. 6. Fist. (l) in Diffrt. de  
Pictore Errante (m) vid. Synops. Crit.  
Pliath. l. (n) id b. l. (o) vid. Bibl.  
Crit. l. c (p) lib. 3. c. 1. (q) l. c (r)  
in Diffrt. D. N. mmis M. sen Cornu-  
sum Exhibentibus. (s) Rhet. Sacr. p.

2. 2. (t) confer Matth. 17. 3. 1. Cor.  
15. 6. 7. & 8. &c.

## § V.

**P**rogressimur ultra ad ipsum  
objectum, quod teriebat o-  
culos' venerabilis collegii Aposto-  
lici, linguas puta disperitas, quæ  
ab historico nostro διασεργημέναις  
γλώσσαι, vocantur. Incertas no-  
minis γλώσσαι origines hic repe-  
tere, nihil ad rem facit. Nos  
jam de notione solliciti observa-  
mus, esse hanc vocem πολυστοιχον.  
Metonymice usurpatur de sermo-  
ne: quæ significatio etiam in  
versu hujus capititis 4:3 animad-  
vertitur. Metaphorice transfer-  
tur ad varia, quæ similitudinem  
quandam linguae habent. Ita E-  
braeorum more Es. 5. 24 flamma  
dicitur lingua ignis: tum, quia  
instar linguae se projicit: tum,  
quia conluit materiam admo-  
tam

tam, velut lingua apprehendit & dentibus mandendum applicat cibum. Sic eadem figura Latinis terra longo arctoqve dorso in mare porrecta lingua dicitur; (*u*) immo qvicqvid aliud linguæ speciem refert, ut herba qvædam, lingua bubula dicta. (*x*) Proprie denotat membrum illud corporis animati, qvod sermonis instrumentum est nobis principale. Maxime ad significationem mediam hic attenditur. Vocabulum enim *lingua* ita crasse non est accipiendum, ut in proprio videntur significatu, ut putat Thilo, fultus auctoritate b. Lutheri & aliorum. (*y*) Ita enim aut ipsæ venerandi illius confessus linguæ tuissent dispertitæ, aut diffissæ & ignitæ, qvod est ἀλογος & ἄνηνις aut linguæ, in cœnaculo conspectæ, vere tuissent humanæ & carneæ, nescio unde sumtæ, certe in-

incongruentes ad repræsentandum vividissimum illum Dei Spiritum, qvi œconomice unione accidentalí, παραστητι, semet eisdem adunarat. Primam significationem hic in sensum non venire, vel oscitans qvivis videt. Remanet ergo linguas has ita vocari, ob nudam figuræ similitudinem. Διαυξεψόμεναι participium passivum verbi διαυξέζω, dividō, distribuo: qvod verbum gemina potissimum notione usurpatum occurrit. 1. qvum aliquid in partes divisum distribuiatur pluribus. 2. qvum id quod unum esse debuit, partibus suis distinet. Altercantur vero inter se Philologi, cur hæ lingvæ dicantur dispertitæ. Lambertus Bos statuit (2) eas cœlitus delabentes fuisse iunctas, delapsas autem se ita dispergiisse, ut singulæ super singulorum capita residerent.

Hanc

Hanc in rem observat passivum  
 διαμεριζόμεναι hic sumi reciproce  
 pro διαμεριζόμεναι ενυπάς; & prono-  
 men αὐτοῖς æque respicere parti-  
 cipium διαμεριζόμεναι, ac verbum  
 ὁ Φθησσας, ut lensus sit: ὁ Φθησσας αὐ-  
 τοῖς γλῶσσαι διαμεριζόμεναι ενυπάς αὐτοῖς.  
 Eadem sentire videtur Syrus sic  
 vertens: *que se dividebant.* Sed  
 multis verisimilius est has linguas  
 ideo dici dispertitas, quod secti-  
 les apparuerint & multifidæ, par-  
 te inferiore concorporatae, supe-  
 riore vero ob agilitatem divisiæ,  
 quales quibusdam esse serpentini-  
 bus dicunt, sicut chersydro, de  
 quo ita canit Vates Mantuanus:  
 (a) ---- *linguis micat ore trisulcis.*  
 Qualis etiam videatur flamma,  
 vel nullo vento agitata, sua spon-  
 te celerrime se movens & vi-  
 brans. Eo videntur, post alios,  
 nostri interpretes inclinare, qui  
 habent Sveth. s̄onderdelada/ Finn.

Wijf

wülesstellit. Ex junco tamen, nisi valde fallimur, funem nesciunt, qui huic assertioni lucem fœnerari conantur ex historiola, quæ legitur apud Diodorum *Siculum* (8) de insulæ cuiusdam a Jambulo inventæ incolis, hoc modo: *Divisam linguam natura dedit (eis), qua seinditur in inferiori parte, ut a radice duplex esse videatur.* Ita varia utuntur loquela: ut non solum voce hominum loquantur, sed avium diversarum imitentur cantus. Quod vero videtur admirabilius, una cum duobus hominibus perfecte simul tum respondendo tum disputando loquuntur. Una enim lingue parte uni loquuntur, reliqua alteri. Nam tota hæc narratio fidam redolet fabulam. Erasmus vero utramque sententiam conjungere tentat: *Potest, inquit, (γ) geminus intelligi sensus, ut vel accipiamus ipsas linguas fuisse sectiles,*

lē, vel ut intelligamus eas de cœlo  
d'ivitias, sese in singulos discipulos  
fuisse d'prtitas. Ceterum no-  
stram jam mentem supra aperui-  
mus. Scilicet linguae istæ non  
disiectæ singulæ & diffissæ, sed  
omnes tantum mutuo sejunctæ  
apparuerunt: i. e. non continua  
flamma in ædificio ardere est vi-  
sa, sed in plures flammulas, lin-  
gvæ specie scintillantes, disperti-  
ta, quvarum singulæ integræ a sin-  
gulis divitæ, suisqve objectis dis-  
tributæ compiciebantur. In ea  
nos sententia confirmat proprie-  
tas verbi d'ivitias, qvippe cuius  
hec formalis notio ususqve fre-  
quentissimus est de dividenda ita  
& distribuenda re. Illa vero dissi-  
dendi significatio & rarer est, &  
præterea ægerrime ad hujusmo-  
di res cohærentes qvidem, sed a-  
liqua sui parte tectiles multifidas-  
que, trahi potest. Deinde qvod  
ad

ad sequens verbum ~~in~~ <sup>et</sup> quod attinet,  
qui constructionem eius ellipsi illa,  
quæ subiectum ex sequenti  
membro repetit explicare conan-  
tur, magis eam implicant. Nam  
regula illa Grammaticorum tunc  
valet, quum eadem orationis se-  
rie servata, propositio posterior  
subiectum commune eodem i. e.  
recto exhibet casu, ut sensus le-  
genti sine difficultate se offerat.  
Nunc autem diversissima sequi-  
tur constructio diversi casus, de  
cujus ad praecedens membrum  
relatione lector vix divinare po-  
terit. Ne dicam insolens esse,  
ejusmodi phrasim de actu Spiritus  
divini legere. Nos vero sensum  
multo planiorum fore existima-  
mus, si naturali ordine subiectum  
a praecedenti membro repetatur.  
Et ne quis numerorum diversita-  
tem obstat putet, cogitat Lu-  
cam hic loquutum esse more E-  
braeo-

bræorum, qvib[us] ejusmedi numerorum enallage in partitionibus est familiaris, ut nomini plurimi verbū respondeat singulare, q[uod] ostendit, singula contentorum sub nomine esse fortū in eo actu intelligenda. Similiter jam linguarum flammarium singulas seu q[ua]mlibet tediſſe & suum occupasie ſubjectum indicat phrasis. Haud diſſimilis enallage nominis occurrit Rom. 14. 20. Immetu itaque male accipitur ac repudiatur veterum de hoc miraculo ſententia. Placuit autem Spiritu Sancto detinere, non in unius tantum lingue ſymbolo, ſed in pluribus linguis diſperitis, q[uo]d digito q[uasi] mo[n]strareret *m̄n̄ȳ w̄th̄w̄* Apostolorum. Atque ita diſtributio linguarum, q[uod] in Babel (3) erat *m̄n̄a* & medium homines diſpergendi, tacta eſt *χ̄eσua* me- dium.

diumque congregandi homines  
cunctarum linguaru[m] in unita-  
tem fidei.

(u) Did. Comment. Cesarii de Bell.  
Gall. libr. 3. x. conf. Plinii Nat. Hist.  
libr. 24. cap. 19. (v) in differt. d. L n-  
guis Ignitis (z) in Exercitat. p. 67.  
(x) Georg. 3. vers. 439. (3) Rer. An-  
tiqu. libr. 2. c. ult. (y) l. c (c) G.n.  
II. v. 7. 8. 9.

### §. VI.

**F**uerunt hæ linguae præterea  
wois mœg̃s tanquam vel instar i-  
gnis, seu, igni similes, ut vertit  
Varablus; (z) sive, ut mavult Pi-  
scator, quasi ignea: qvæ versio  
usq[ue] adeo displicet Erasmo ut  
amphiboliam, qvæ nulla tamen  
hic apparet, vitatur, eandem  
rejiciat, & reddat, ~~velut ex igne~~  
(c). Particula ὁσὶ ex ᾧ & in  
composita, interdum *indubitate*  
*certitudinis* est nota, ut Joh. I. 14.

Ιερασάμενοι τὸν δόξαν μότη, δόξαν ως  
μαρτυρεύσωντο πατέρος, vidimus gloriam  
eius, gloriam quasi unigeniti a Patre;  
h. e. Paraphraste Osiandro, (n) vi-  
dimus in ipso eam maiestatem & po-  
tentiam, quae testabatur eum esse u-  
nigenitum & coiffent alem sempiterni  
Dei filium. Nonnunquam ad tempus  
& numerum refertur, & tum con-  
jecturali sensu est circiter, ut Matth.

14. I. Luc. 9. 28. & alibi. Fre-  
quentissime est adverbium simili-  
tudinis, ut Matth. 3. 16. & 28. 3.  
Marc. I. 10. Luc 3. 22. Joh. I. 22,  
aliisque locis. Prima significatio  
arridet iis, qvi verum hic fuisse  
ignem contendunt, cum Deus  
Φαντασματα ludere non soleat. De  
altero significatu huc applicando  
nemo, qvod sciam, cogitavit.  
Tertium autem Philologorum  
non pauci suo calculo adproba-  
runt. Sic enim Cornelius a La-  
pide, (9) videtur, inquit, *ignis*  
*bisc*

bis similitudinarius fuisse aer, aut vapor densior, cui Deus indidit lucem roseam & ruborem instar ignis, in speciem lingue conformatus, ita ut videretur esse lingua ignea. Nos quidem non *Qārigouā* ullum aut lusum oculorum, sed vere hic fuisse ignem, quemadmodum vere adfuit tonus, afferere non dubitamus. Ignem tamen non communem neque in naturali suo statu, quomodo sine nutrimento subsistere non potuisset; sed miraculo & praeter naturam excitatum ac sustentatum, qui, negotio confecto, persimili disparuit modo atque ignis in rubo ardens, & columna ignea in deserto, quadeuce & auspice Israelitae in terram sanctam contenderunt. Observat Thilo, (1) Deo τειτουεγισω olim admodum fuisse familiare, ut igne ad presentiam suam mortali bus declarandam uteretur; & con-

testatum id facit variis scripturæ  
exemplis: ex abundanti citat dis-  
sertationem Abarbanelis ad E-  
xod. 40 in qua ostendatur eun-  
dem Deum Sanctissimum dici a  
sapientibus Judæorum אָוֶר מִיחַלְתָּן lu-  
cem absolutam קָרְסֵן lu-  
cem primam b. e. eternam אָוֶר צָהָב lu-  
cem nitidam מִצְחָצָה lucem  
splendidissimam, quia nomen lucis,  
præ ceteris omnibus, naturam e-  
jus exprimere visum esset: & ele-  
gans hæc inter Deum & ignem  
adferatur comparatio: quemadmo-  
dum in luce solari & ignea præter illu-  
minationem, que opus est longe præ-  
stantissimum utilissimumque, etiam in-  
venitur combustio & consumptio, que  
est quasi pessimum & perniciosum: sic  
Deus Opt. Max. est lux & illuminans  
vitam, existentiam, omneque bonum  
in creaturas infundens pro sua gratia  
& misericordia: Sed simul etiam ab  
ipso proveniunt, prout justum &  
quum est, pœna, combustio & consumptio.

*ad instar consumtionis ignis, in eos,*  
*qui eam promeruerunt. Ex quibus*  
*omnibus exsculpit, solenne fuisse*  
*Deo omni ævo, per ignem præ-*  
*sentiam suam testificari. Mirari*  
*itaque non subit, quod reveren-*  
*da corona Apostolica per linguas*  
*igneas acceperit Spir. Sanctum, non*  
*aliter, atque Esaias olim accepit per*  
*carbonem ignitum, quo purgata erant*  
*labia ejus, Es. 6. (n) Cur vero Spi-  
 ritus Sanctus in linguis igneis, &  
 non in specie columbae, in qua in  
 Christum baptizatum descendit,  
 aut quapiam alia visibili forma  
 nunc apparuerit, juxta cum igna-  
 rissimis scimus; nisi hac ignis fi-  
 gura indicare voluerit, se rudes  
 illos pilatores eorumque doctrinæ  
 addictos, qvoad intellectum  
 illuminaturum, qvoad voluntatem  
 & vitiosos affectus purgaturum,  
 ut toti pio ferverent zelo & amo-  
 re mutuo calerent. Επειδαν τα*

πυρὸς τὸν ἐν Φωτίζειν, verba sunt Philionis ad decalogum, fide Grotii (λ) hic apposita, τὸ δὲ καίσιν  
τῆς Φύκειν, οὐ μέν τοῖς χειρομήτησιν ὑγράπτειν  
τίναι καταπιθεῖς ὡς σὺ αὐτιών φαντὶ τὸν  
αἴσιον χρόνον θεωροῦνται τὸν εὑρετὸν  
αἰσέρες ἔχοντες σὺν ψυχῇ Φωσφορεῖτας.  
Οὐδὲ δι' αὐτούς καίσιενται καταπιθεῖ-  
σιν εἰς διαπλάσιον ὑπὲ τὸν ἄνδρα επιθυ-  
μῶν, αἱ Φλεγός τρόπου παρεθῆσαν τὸ  
σύμπαντα πάντα ἐχόντα ρίου. Comme-  
morare hic juvat fabulam illam  
Iudæorum (α) qva tradunt, Rab.  
bi Iochananem Saccai filiuin, cum  
discipulis suis aliisque eruditis,  
periisse cœnaculum superius, &  
ibi legem resque sacras tra-  
stasse, donec ignis totam am-  
biret domum, ratione non absi-  
mili atque factum est in promul-  
gatione legis Sinaitica. Scil. hæc  
fabula ab ipsa hac historia, qvam  
Lucas de linguis ab Apostolorū  
ecclē conspectis consignavit, ar-

repta, & Iudæorum libro in ipso-  
rum doctores translata videtur.  
Vides, qvam nullus liber usqve  
a deo sit malus, ut non aliqua  
parte prospicit.

(s) ad b. l. (t) l. e. (n) vid. Nst.  
ajus ad b. l. (g) Comment. in Act.  
Apost. cap. 2. p. 65. ubi alias quoque  
concessit rationes, sed tales, quæ  
censuram non sustinent. (i) l. c. (x)  
Verba sunt Vatabli l. c. (λ) vid. l.  
e. (μ) exstat in Jucbasin f. 23.

### §. VII.

**V**Ela contracturi, tandem de  
miraculi hujus adjuncto cō-  
sequente pauca dicemus, qvod  
texsus sacer ita describit: Καὶ ε-  
πλήθησεν ἀπόντες Πιθίματος ἡγίας, καὶ  
ὑρέχεται λαλεῖσθε προφηταῖς γλώσσαις, καὶ θως  
τὸ πνεῦμα ἰδίᾳ αὐτῷ ἀποφέγγισθαι.  
Et repleti sunt omnes Spiritu Sancto,  
cæperuntque loqui aliis linguis, prout  
Spiritus dabant eloquii illis. Glassius  
inchoativum hoc τὸ ὑρέχεται λαλεῖν,

accipit completere, & exponit simpliciter, locuti sunt. (v) Nec inficiandum est eam hujus vocis notionem alibi occurrere; hic tamen cur a nativa vocum notione recedamus, non videmus. Tunc enim primum ἵποαι γλώσσαι i. e. κονταῖς, ut exprimit Marcus [ξ] i. e. novis quas prius non calluere, uti inceperunt. Bene idcirco reddidit Syrus: inceperunt loqui ; שׁ ; בְּלַשׁ lingua lingua h. e. diversis linguis. cum quo facit Drusius (o) sic exponens: tunc primum locuti sunt. In controversiam hic venit, utrum hoc miraculum fuerit in sodalitio Apostolico, an in auditoribus? Quidam hos Galilaeos (π) una tantum lingua i. e. vernacula Neo Ebræa, quæ non admodum procul a Syriaca abiit, locutos opinantur; sed intellectos tamen miraculose a variis variarum linguarum gentibus. Horum

sum in numerum merito refer-  
 tur ex veterioribus Cypri nus: )  
 ex recentioribus Erasmus (c) &  
 Salmasius, qui ita scribit: (r)  
*Mirabuntur Greci, qui aderant, in-*  
*ea Galileos a se intelligi, quasi Gre-*  
*ce loquerentur.* Similiter & Parthi  
 Medi, aliarumque nationum homines,  
 brud secus, que ed interfabant, intel-  
 ligebant, ac si Parthice & Medice  
 coniunctionerentur, aut enim ha, quam  
 quisque eorum callebat. Contra hos  
 veniunt, ex primævis Greg. Na-  
 zianzenus (v), ex junioribus tot,  
 ut numerum vix inire possis. Hos  
 prioribus esse præponendos omni-  
 no censemus. Non enim hic di-  
 citur: οὐχ αὐτοὶ αἰκύνειν, nec λαλύσαι  
 αὐτοὶ, αἰκύνειν θέων, ταῖς ηὔστεροις  
 γλώσσαις, sed ἡρξαυτοὶ λαλεῖν, & αἱ  
 κάρδιαι λαλήσαι αὐτοὶ ταῖς ηὔστεροις  
 γλώσσαις. (t) Proinde non in au-  
 dientibus, sed in loquentibus hoc  
 fuit miraculum. Accedit, quod  
 donum

donum linguarum Apostolis erat  
promissum, (χ) tanquam ad fa-  
ciendum Evangelii præconium  
valde necessarium. Non enim  
tantum erat illis loquendum, sed  
& aures iis præbendæ, qui ex e-  
is quidpiam querere vellent.  
Transibimus amplissima Pauli te-  
stimonia (ψ), addentes etiam hoc:  
Si Apostolorum caterva non est  
locuta aliis linguis, cur ebrieta-  
tis insimularentur potius, quam  
Judæi, qui ea audirent, quæ non  
dicerentur? Objicit Erasmus, e-  
undem hominem eodem tempo-  
re diversis uti linguis implicare  
contradictionem. Sed monstrum  
fugiens in monstrum incidit Nos  
ab utroque nobis cauti, ita  
rem concipimus esse actam: u-  
nus Apostolus uno tempore u-  
nam rem non diuersis effutiebat  
linguis, sed quivis alloquebatur  
quosvis patria lingua successive,  
quod

qvod contradictorium non est.  
 Plura qvi desiderat, consulat Ca-  
 stalionem (a) Si jam qvis qvæ-  
 rat: quid locuti sunt? illi hæc pa-  
 rata est, responsio: non levia &  
 inania, sed αποφέγγεσαι, tenten-  
 tias graves & illustres, dictaque,  
 virtutem spirantia, qvibus audi-  
 tores κατευγκατά τὴν οὐρανίαν, comprehen-  
 eti sunt corde. Id enim vult ver-  
 bum αποφέγγεσαι, qvod de Pro-  
 pheris usurpatur i. Par. 25 v. 1. &  
 a LXX. interpretibus pro הַבְרִיא  
 scaturivit, ponitur Ps. 119 v. 171.  
 adeoque abundantia rerum &  
 verborum, qva Spiritu pleni ca-  
 gere non potuerunt, innuitur.  
 Verbo: τὰ μεγαλεῖα τῷ Θεῷ, v. 11.  
*magnifica Dei opera eloquebantur.*  
 Jam adeo sub manu crevit labor,  
 ut hñem illi libenter imponere-  
 mus, nisi Salmasius (a) nodum  
 solvendum nobis objecisset, cō-  
 tendendo, donum linguarum per

modum actus transeuntis datum  
 esse cœtui Apostolico, his verbis:  
**D**onum hoc linguarum non erat per-  
 petuum, nec ultra illius diem durau-  
 dit, nec nisi sedentibus super eos lin-  
 guis: nam ablatis linguis cessavit mi-  
 raculū. Alioqui quid opus habuisset re-  
 grus Grecarum litterarum interprete,  
 quem patres omnes ipsi assignant,  
 nempe Marco? Inanis est illa de in-  
 terpretibus Apostolorum ab eo  
 facta postulatio. Salvo tanti viri  
 honore statuimus donum lingua-  
 rum per modum bibitus infusus  
 sancto illi confessui esse datum.  
 Alioquin illis vix plus quam ceteris  
 mortalibus fuisset delatum. Ve-  
 rum evidens satis testimonium  
 perhibet Paulus de se & aliis 1:  
**C**or. 14 5, 6.18 etc. Quid? quod  
 verbum ~~in igneis~~, quod de igneis  
 linguis tanquam symbolo extero  
 prædicatur, significat, Spiritum  
 Sanctum cum donis suis miracu-  
 losis

losis postmodum jugiter penes eos, in quos descendenterat, manisse. Obtinet enim hæc hujus verbi significatio non raro. (b) unde & Grotius ita in hunc locum  
 παραφράζει: Significabat hæc sessio perpetuo illis hoc donum adfuturum, quodies negotium ipsis esset cum gentibus lingue alterius. Prophetis prophetia rara aderat, cum Deus vellet, neque certi erant Prophetæ, quando eam essent habituri. Exempla habemus in Nathane, Samuele, Esaiā. Sic meletema nostrum qualemunque ad umbilicum duximus, ergo manum de tabula tollimus, devote accinentes:

Gloria sit Patri, sit nata gloria  
 Sancto

Gloria Spiritui, Triadi sit gloria  
 sacra.

JDN

(\*) Grammat. Sacr. p. 237. (ξ)  
 cap. 16. 17. (a) Comment. ad b.l. (π)

318

per enim vocantur Act. I. II. & 2. 7.  
 (e) in Sermone de Spir. S. p. 475.  
 leg (s) ad h. l. (r) in lingua Hellenis-  
 tica qm 6. (u) in Orat. Pentecost. p.  
 25. (θ) Act. I. II. (χ) Marc. I. 5.  
 (ψ) que ex I. Cor. 12. 10. 28. 3. &  
 1. 2. peri possunt. (ω) qui fuisse hoc  
 etdsum exponit in Comment. ad h. l.  
 (α) in Walaeo (β) ita Matth. 4. 16.

Ἐ δὲ ξοτάτῳ κυρ. Μιχαήλ Ουανούικος, ἀφε-  
 τῶν γλαυσσῶν πυρίνων αὗται ποίησις διαλε-  
 γουμένων, πτοεῖς θεός καὶ σχεδία.

**T**Οῦ πάντων καλέσθε εἰς τὸ θεῖον παλαιάς  
 τῆς οὐρανίας εὐχεθεῖς λέντες τὰς εὐ-  
 χαῖς τὰς ἐγχειρισμάτας ευδόκεμα.  
 Αὐτὸς Γάληνός ποτε τῷ, εἰδοῦσῃ τοτε κύρῳ καὶ  
 Φίλῳ ὁξεῖτε, φέρετε με τὴν εὐοίαν καὶ  
 αγάπην σας τὰς ἔμμετρα γυνίδην. αἱλάτη πα-  
 ραστέρες μὲν οὐδὲ τὸν σωτήρα μαρτυρία  
 τῆς εὐτυχίας καὶ προκεπτοῦντο μαρτυρίαν  
 τῆς αἵρεσες, πᾶντας πόστριτάς εἶναι τὸ  
 μεγαλεῖον σας πατερέας. Εὐχούσας μα-  
 τέλειον εὐχήματα, θεῖον τὸ μέγαντον αὐτὸν  
 Γάληνον εὐαγγελίζει, δια τῶν γεροτάτων, το-  
 ματούσιν απόστολον

בְּגָדִים וְבְגָדִים אֲלֵיכֶם שְׁמַנְיָה וְבְגָדִים  
בְּגָדִים וְבְגָדִים.

סְעִירָה וְסְעִירָה וְסְעִירָה וְסְעִירָה

בְּגָדִים וְבְגָדִים

**ISAAC POLVIANDER**

S. F.

*VIR JUVENIS*

*Multa doctrinae virtutisque laude Orna-  
tissime, Clarissime Domine Candidate*

**MICHAEL WANONI,**

Auctor - Respondens per strenue,  
Fautor honorande, Ciuis amandus  
Amice intime.

תמיד אחוי להג הרכבה מאר ושר  
בעינויך לבן יסור אוთר רב על כן  
נס תקח בקצער ערת ארת אורה  
רענן עקב יגיעך כי על טוב  
שבלך מירעי ששתי בכלה לבי  
וטענת גפשי כמו הוספה יאנו  
נס מחר לך אלהים לטובה  
ויהי נס יהודת אלהים עליון  
ומעשך. יוך וכונן עליון עד אשר  
חיותך ואחרין כבוד והדר  
בשםך יעתך וחירותך ורכבתך

*Illa. gratulabundus L. Mz.  
adposuit*

**Jeremias Lundvijk**

*Cum Clarissimus Candidatus  
Dn MICHAEL WANONIUS,  
De LINGVIS IGNITIS disputa-  
turus Lyceum Aboense conscen-  
deret, hac acclamatione allusit.*

*Plaudite nunc Elelconiades cantusque  
citere;*

*Pandite jamque vias Parnassi Numinis  
docta.*

*Vesper enim socius, viridis quem tempora  
laurus*

*Pra meritis redimit virtutum laudibus  
amplis,*

*Latus concendit rutilantia culmina Pindi,  
IGNIVOMAS LINGUAS, queis Spiritus  
ille beatus*

*Fulgens apparuit cælo quoniam audenit,  
Cum reputat docta solito sibi more Miner-  
vd.*

*Crema mea est tandem pergit gratarier  
hinc:*

*Multijugis aufer donis Te Rector Olympi!*

**Carolus M. Rydén G. F.**  
*Sacraeundensis.*

Bil den  
Höglärde Can didaren  
**Herr MICHAEL WANONIUS**

**H**Wad är för ett beröm, det siort  
Nu åter om Ehr välder spott,  
Uf lärdom west och sinne,  
Måt i en Pallas tro en Wan  
Här tråden wackert fram igen  
Uti des lag och gille

Mu fins at all Ehr lefnad I  
En hafwen sorgiöst lämnat i  
Wanbruk och som till spillo:  
Men twårt om den, med ömhet stor  
Använt som Edert mårt, jag troer,  
det lärer mig alt illa.

Ehr lärdom är re'n nog bekänd  
Hoos dem från början och til änd,  
Som godt em Ehr behakas  
I han och redan heder fådt  
För Eder mōda I utstädt,  
Och i Ehr dagar wakat.

En står der Ehr en frans till lös  
Sii öhverflöd af lager grön,

Gem

Tom gifwa skall tillkianna  
Att J vä dyade - banen wid  
Ha'en segrat uti all Ehr tid  
Och så fådt lönjen thenne.

Med then jag önskar Ehr, min wän,  
Att J som Phoebi egen Twän.  
må lyckligen bli lönter  
Och niuta få den förmän rar  
Som Eder dygd Ehr wärswat har;  
Och att J sidst bli krönter

Med Crona utaf Himsens Gud,  
Och kändas få tå med then strud,  
Som Gud Ehr sielf bereder:  
Att ther få stina utan men  
Lit såsom solen klar och ren  
Det är jag hiertligt beder.

C. Bange A. F.  
Bor. Fen.

Gilloin eusn Cerliaast oppennet Herre  
Cenadasti

# Hr. MICHAEL WANONIUS

Hyvin oppenen Thónså LUGSGET  
RJEGSTÅ michuisest edes wasia.fi.

Dos nyt ajun ajate ja

Laidais, he en kijustellå  
Vaan mist, Herre oppenutta,  
Umuis cauneis casvannuta.  
Sanat selvåk sörv kielis,  
Ylik opin ihmekie is,  
Enna yht pärwat yht-nán, å  
Kilwoikel'en Kirjovisana,  
Ja on juomala Juma an  
Raikste i Saickwailan,  
WAMONGUE arvan valainen,  
Luvvis caik s ta tawainen,  
Lullige LUGSGET RJEGET,  
Joilla muinen mienien mieles  
Tulit saidot taitamahan,  
Editå tuomi puhumahan.  
Autan seiniå sanansa  
Cuulu anda lemmen cansa.  
Hänelle shs Herre suuri  
Anda Crunun palcar juuri,  
Laurin puusta lohtawasta.  
Wihdon wie hånd surun maastie  
Luonne Taiwahan talohin,  
Jhanin Glo-salihin.  
Tota toivotta tóbella  
Hartaaalla sydän halulla.

Juhana Juhanan poika  
Haberfels.